

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 21 : De Iride](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 21 : De Iride

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[118\] : De Iride](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 22 : D'Iris](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 21 : D'Iris](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 911-917

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Iris](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023



consistit: neq; in aliquam mundi partem magis declinat: quare iure inquit Ouid. lib. 6. Fast.

Terra pila simili nullo fulcimine nixa

Aere subiecto tam graue pendet onus.

Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem;

Quique premat partes, angulus omnis abest.

Cum enim tantundem vndique distet à cœlo, dicta est sedere in æthere, & nulla re suffulta sustineri. Huic tanquam dæmoni summæ parti ignis præfecto in sacrificijs litabatur odoribus. At cum antiquior Vesta terra esse putaretur, flores utpote illorum feraci matri offerebantur, & far; ut est apud Virgil. libro quinto:

Hac memorans, cinerem, & sopitos suscit at ignes;

Pergameumq; larem, & cana penetrata Vesta

Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.

Vestam omnino Plotinus, alijq; complures, animam terræ esse voluerunt, quæ Ceres etiam aliquando fuit nominata. Alij Vestam esse crediderunt, inter quos fuerunt Platonici, & iuxta separatatum formarum, & rerum diuinarum solidum fundamentum: idcirco in omnium Deorum sacrificijs Vestæ primitiæ offerri ab antiquis solebant. Credita fuit altera Vesta Saturni mater, quia cum nondum existeret tempus, in confusa mundi mole terra latuerit: altera filia, quia post cœlum & tempus elementorum corpora summus opifex architectatus est Deus. Cum terra igitur esset omnium propè corporum naturalium fundamentum, meritò mater Deorum etiam fuit ab antiquis appellata, ut testatur Strabo lib. 10. Hanc cõuiuiorum præfectam, & omnium sacrorû primitias capere solitam dixerunt, quia sine terræ muneribus, vel sine calore è cœlo, nulla res nasci potest conuiujs apta. quæ cum omnia ad sacrificia munera producat, meritò omnium illorum primitias capere credita est. Atq; quid Vesta sit, & quòd fuerit ab antiquis culta, cû omnia elementa, elementorumq; vires diuinis nominibus ab antiquis nominarentur, qui nihil Deo vacare putarunt, iam satis explicatum fuit. At nunc de Iride dicatur.

De Iride.

CAP. XX.

IRIS fuit Thaumantis & Electræ filia, sororq; Harpyiarum, veluti testatus est Hesiodus in Theogonia in his:

Θαύμας δ' α' κιασὺς βραχύνει τας θύρας τρεῖς
 ἤγάματ' ἠ' λίαν τρεῖς ἠδ' ὠκεῖαν τίκται Ἴρις,
 ἠὲ κ' ἄμα δ' α' ραύας α' ἐμῶτ' α' κυπέτην τε.
*Oceanopalam Thaumata, qui litora pulsat,
 Vxorem Electram duxit, mox edidit Iris
 Illa viro, Harpyias, & Aello Ocypetenque.*

Fuit Iris Iunonis existimata diligentissima ministra, ut ait Cal-
 limachus in Iauacrum Deli his carminibus;

τῆ ἰκέλη θαύμαντας ὑπὸ θρόνον ἴζετο καύει.
 κήνη δ' ἔδ' ἔπειτα σφίτρεος ἐπιλήθεσθαι ἔδρεθ,
 ἔδ' ὅτε οἱ ληθαῖος ἐπὶ πῆραν ὑπὸ σφίτρεος ἔδ'
 ἔδ' αὐτ' ἔμεγαλειο ποτὶ γλωχίνα θρόνονα,
 τυτθὸν ἀποκλίναςσιν κωρήματα, λίχρως εὐδ' ἔδ'
 ἔδ' ἔπειτα ζώνῳ ἀναλύεται, ἔδ' ἔταχίως
 ἐνδ' ἔρμιτ' ατ', κή οἱ κχλ' αἰφιδίπυς ἔπης
 διαπύττε.

*Subiq̄ue throno sedet huic similis Thaumante puella
 Edita, qua sedem nonnunquam deserit illam.
 Non vbi lethaeas somnum circumiacit alas,
 At vbi descedens cervicem flexa paratumper
 Illa throni magni fulcris acutisbit inhavens;
 Solutur hand zona huius, volucris nec calcem enquam,
 Ne Dea forte sibi tradat mandat a repente.*

Nam profecto Iris fungebatur eodē munere apud Iunonem,
 quo fungi solitus fuit Mercurius apud Iouem, cum huius mi-
 nistræ esset munus quoscunq̄, vellet Iuno arcessere atq̄ aduo-
 care, sicuti demonstravit Apollonius Rhodius libro 4. Argon-
 cum ita scribat:

Ἴρι φίλη, γυῶ, εἴ ποτ' ἔμας ἐτέλεισσαι ἐπιτμάει,
 εἴ δ' ἄγε λαίφροισι μετὰ χερσὶν πῆρυχαςί,
 δ' ὄρεο θ' ἴσον μὲν ἄνωχθι μολιπ' ἄλδε ἴφα τοῦ γα.
*Iris Venus dilecta mihi; me a iussa per amas,
 Si optatis nunquam fuisse sedula nostris,
 Ad Thetidem defer, veniat eia de mari vndis.*

Huic iniunctum est munus etiam, ut lectum Iunonis stemo-
 ret, ut ait Theocritus in Encomio Ptolemæi;

ἔδ' ἔ λέχος σφίτρεος ἰαυθ' ἔπης κχλ' ἔδ' ἔπης.
 χιῖρας φοβίσσασθαι μύροισι, παρθένος ἴρις.
Iunoni atq̄, Iouis lectum substernere virgo

Vnguentu perfusa manus solet Iri odoris.

Maximè denique omnium Dearum seruitio, & in omnibus rebus Iridis Iuno utebatur, quippe cum vel ab inferis reuersam Iunonem ab Iride lustrari faciat Ouidius libro quarto Mutationum in his:

*Lata redit Iuno: quam caelum intrare parantem
Rotatu lustravit aquis Thaumantias Iri.*

Valerius Flaccus tamen Iridem Iouis etiam nuntiam facit in his lib. 4. Argonaut. *ille Deorum*

*Fletibus, & magno Phæbi commotus honore,
Velocem roseis demittit nubibus Irim.*

Et Homerus 8. Iliad.

Ἴριν δ' ἔτρωα χρυσομένηρον ἀσπίλιοντα.

Auratis alu est Iri nuntia missa.

Crediderunt præterea antiqui nullam animam muliebrent posse ex his humanis corporibus absolui, nisi Iridis beneficio ex his molestissimis ac blandissimis vinculis Iunonis iussu solueretur, sicuti Mercurius ipse Iouis mandato mares homines è corporeis carceribus liberare putabatur. Quare ut alia complura scitè ac præclare Virg. pro institutis priscae theologiae non introducit Mercurium, sed Iridem in libro quarto Æneidos, Didus animam ex ipso corpore euocantem, neque Iouis iussu, sed Iunonis, cum ita inquit:

*Ergo Iris roseis per caelum roseida pennis
Mille trahit varios aduerso Sole colores,
Deuolat, & supra caput astitit: hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore soluo.*

Nam Iridem, sicuti Mercurium, alatam finxerunt antiqui ad exprimendam eius velocitatem. Fuerunt etiam quidam qui illam fabulati sint taurino capite flumina sorbere consueuisse. Neque plura his ferè memoriæ prodita esse de Iride ab antiquis recordamur, at nunc quid sub his ambagibus verborum memoria dignum contineretur, inquitamus. Iridem Thaumantis & Electrae filiam fuisse tradiderunt, quia Thaumantas sit Ponti filius, Electra verò Cæli sine Soli; nam id nomen serenitatem significat: est enim ἡλιος Sol, ἀέριος serenus. nascitur igitur Iris ex aqua & serenitate, è refractione radiorum scilicet, ut voluit Aristoteles in meteorologicis. Sapienter sanè dictum est ab antiquis quòd Iris sedeat sub throno Iunonis, quia

Mm

gignatur in parte aeris inferiore, hoc est infra nubes. nam Illus arcus cœlestis quæ Iris nuncupatur, radius solis eaz nubi immissus causa est: qui in ipsum Solem acie repulsa refringitur. Sic enim nubes arcum illum cœlestem efficere putantur, quòd in alia parte sint tumidiores, in alia crassiores ac densiores quàm Solem possint transmittere, ac in alia imbecilliores quàm possint excludere. Sic igitur per hanc ipsam inæquabilitatem cum ipsa umbra atque lux commisceatur, exprimitur illa varietas mirabilis, quæ Thaumantis dicitur filia siue admirationis, cum *θαυμάζω* sit admirari. nam certè quidem omnia intuemur per lineas rectas, vel reflexas quæ aliquando refringuntur ut aiunt Optici, quæ lineæ tantum corporis expertes intelliguntur sola mente & cogitatione perceptæ. videmus recta quæ sunt in aere nullo oblato impedimento, vel post gemmas lucidas, vel cornu perspicuum, si subtilissima sit materia, aut cætera huiusmodi. flectuntur remi in aqua ob materiam densiorem: refracta videmus uti specularia. Finxerunt antiqui illam esse Iunonis nuntiam & Harpyiarum siue ventorum sortem, ut diximus, quoniam certissima sint illa signa futurorum ventorum aut imbrium aut serenitatis, quæ Iridem sequi consueverunt: quare Virgilius inter signa pluviarum Iridem quoque signa annumeravit, cum ita scripserit de illa libro primo Georg. *Est bibit ingens Arcus.* & Valerius Flaccus arcum cœlestem serenitatis indicem esse scripsit in libro primo Argonauticorum:

Emicuit reserat a diæ, cœlumque resoluit

Arcum, & in summos redierunt nubila montes.

Constat enim ex humore & densitate aeris, ut dicebam, in qua Sole incidente gignitur illa varietas colorum, cuius aeris prima pars è regione Solis sita apparet rubicunda cum radiis penetretur. at nigrior pars est, quoniam obscurior ac densior aer non ita potest à sole penetrari, sic viror obscurior rubicundo colore gignitur è mistura minoris luminis maiorumque tenebrarum. Dixerunt quidam etiam per noctem fieri Iridem in nubibus ob lumen Lunæ, sed hoc rarò potest contingere, quia non est diuturnum pleniluniū, atque quod lumen ipsius lumine Solis sit multo debilius. At enim de Iridis causa dissentiant plurimum inter se sapientes: quoniam Arist. totam Iridis observationem ac naturam ad opticam rationem perduxit, nihilque esse re ipsa,

ipsa, neq; alicubi illos colores consistere existimavit: cum tamē Metrodorus de Iride differens illam euenire re ipsa voluerit, ac non tantum apparētem esse, vbi nubes densata fuerit aduersus solem. Tunc enim cum incidat Sol in nubes fit cyanea, ille credidit, propter mistionem: at rubicundum illud sit. q; opponatur directe ipsi splendori, quod inferius est, album videtur, atq; hoc Solis lumen esse censuit. At enim plerique antiquorum non modò dissentiunt de Iride, sed & de visu quomodo fiat, & de lineis ad visum spectantibus, alij siquidem visum fieri per emissas, alij per receptas formas ab oculis tradiderunt, alij per vtrumque. Ac rursus alij per receptam, alij per emissam lucem inter quos fuit Heliod. Larissæus, q; ita scripsit in opticis: ὅτι μὲν ἔγωγε προβάλλω τινὰς ἀφ' ἡμῶν ἐπιβάλλουσα τοῖς ὀφθαλμοῖς, δὲ λαοὶ καὶ τὸ τῆν βροθαλιῶν χῆμα, ἢ κοῖλον ἔδωκεν ὑπερὸ χλωτίνης πεποιμένον, ὡσπερ τὰ τῆν ἀλλων αἰδοκτιρίων, ἀλλὰ σφαιροειδὲς ὑπέρχεται. ὅτι δὲ τὸ τοῦ προβαλλόμενου ἀφ' ἡμῶν, φῶς ἴσιν, ἀλλ' ἀπὸ λάμπουσα τῆν ὀμμάτων δηλῶσι μαρμαρυγαί, καὶ τὸ τινὰς ἐκτικτῶν ὀφθαλμῶν, ἢ ἐν τῆ ἴσιν προσδομιέντες φασὶν, ὡσπερ δὲ τὰ τυκτιόμα τῆν ζώων εἰς ἐκτὸς ὀφθαλμοῦ γέγονον ὀφθαλμῶν περικλυθε. τῆν δὲ τυκτιόμα τῶν ζώων τὰ ὀμμάτα καὶ ἐκλάμποντες φαίνονται ἐκτικτῶν ὀφθαλμῶν. Nam sane quod e nobis formae quasdam emissas in rei visas, declarat vel ipsa forma oculorum, cum non sit concava, neque suapte natura ad aliquid excipiendum facta, sicut est aliorum sensuum, sed circulari & rotunda. Quod autem illud quod emittitur lux est, indicio sunt splendores ex oculis ententes, & quod quadam noctu cernunt nulla alia externa luce indigentia, sicut neque animalia qua nocturnum visum quarunt, qualis fuit is Romanorum imperator Tiberius. Atqui oculi nocturnorum quorundam animalium emittant per noctem tanquam ignis. Deinde alij visum fieri per pyramidem siue conum inquirunt, cuius cuspis sit in oculo, basis in re visa, vt sensit Eucildes in secunda hypothese rerum Opticarum. est autem conus pyramis rotunda, vt ait Apollonius Pergæus in libro primo Conorum, & Vitellio lib. 4. Opticarum. Alij istud fieri per triangulum, alij per quartam partem circuli arbitrati sunt, ac rursus visum alij facile terminari, si corpus solidum sese citò opponat, dixerunt, aut si non possit visus ad obiectam aliquam rem peruenire, aut si res visa

non consistat, ut accidit in profunditatibus obscurarum altitudinum, quarum pars ima videri non possit, vel ut accidit in fluminibus velocissimis, ubi radij visus citissimè deferuntur, aut etiam si quis in orbem citò vel diu rotetur, vertigines inde nasci inquit, quod etiam scriptum reliquit Theophrastus in lib. 7^o *Ἰαλίγων*, siue de vertiginibus. nam nō modo aer in paniculis circa cerebrum patitur agitationē molestantem per eum motum, sed radij etiam visus maximè exagitantur, cum non possint persistere. Visus præterea siue radij ex oculis emissi si in corpus transparent, siue quodam tenuis penetrabile vel leue, quodammodo incidat, quod tamen habeat aliquam densitatem, cum nō possit integer ad extremum peruenire, aut prius penetrare, refringitur, quia non videat oppositam superficiem sine refractione: atque inde efficitur ut redundent imagines, sicut fieri apparet in speculis, aut in aquis habentibus obiectam superficiem paulo obscuriorem. Enimvero tanta vis est rerum visarum aliquando, ut colorem infundere videantur & luci & visui, à quibus refringuntur radij visus siue reflectuntur. Nam ut ait in Opticis idem Larissæus. *εἰ γὰρ ἀνίχθη ἡ λαια, ἢ δυνάμεις, διὰ τινος ἐρυθροῦ διαλάμπει νίφου, ὁραὲν ἴσται ἀπαντα φαινέ, καὶ γὰρ καὶ θάλασσαν, καὶ ἀπλῶς ὅσα ἀνκαταλάμπει. τὲ τούτῳ δὴ παραπλήσια καὶ παρὰ τὴν ἡματίαν ὄψιν ἔστι θιαιρῶσαι. ἐπιτεν γὰρ ἀτύχουσι τὸ τῆ διαφανήτι χρώμα, τοιοῦτόχρου καὶ τὸ δι' αὐτὸ φαίνεται ὁραὲν ὄρα. Si enim Sol consurgens vel decedens per aliquam nubem enituerit, licet omnia nubra intueri, terram ac mare scilicet, atque omnia. Et hoc verbo dicam, qua illustrantur. Hisce consimilia et per aspectum solent nostrum enenire: nam qualis color res diaphanas siue transparentis fuerit, talem rem ipsam per illam visam contingit videri. Eiusdem enim coloris omnia apparebunt, cuius coloris fuerit speculū per quod illa videbuntur. Hinc effectum est ut quidam reipsa colores inesse Iridi, et non per opticam rationem apparere crediderint, aut per apparentes colores, qui redundēt ē lucidi & obscuri mixtione secundum magis & minus, ut videtur sensisse Arist. in libris Meteorologicis. manifestum est autem quod ubi duæ, vel plures Irides apparuerint, futurarum pluviarum copiam significant, quare ita de illa scripsit Aratus in signis aquarum & ventorum:*

ἢ δὲ ὄμα ἰζαὶσὶ δὲ μὲν ἕραρον ἴρις.

Auc

Aut gemina caelum cum Zona cinxerit Iris.

Nam ubi parvus fuerit humentis aeris ac vaporum concursus, vna tantum Iris producit: at ubi multa fuerit & copiosa pluuiarum materia condensata, post primam formatam Iridem altera efficitur, quae circumlittat priorem, cingatque caelum per simili ambitu. Quod autem illud muneris iniunctum Iridi putaretur ut morientes mulieres Iunonis iussu à languoribus liberaret, id nihil aliud meo quidem iudicio significat, quam illud quod à physicis dictum est, quia tempora pluuiosa & nimis humida maximè obsunt mulieribus, cum sicca supra modum viris obsint, qui ad iustam aetatem peruenerunt. Cum enim in elementorum, qualitatumque siue temperamentorum symmetria vniuersa vita animantium consistat, frigida ac nimis humida tempora obsunt illis, qui vel ad caloris mediocritatem nondum peruenerunt, vel iam vergunt ad eius inopiam, cum superuacuos humores ob temporis & temperamentum malitiam non possint concoquere. Propter excessum etiam non Iunonis, sed Iouis, hoc est nimij caloris, iussu sinxerunt Mercurium animas virotum ad inferos comitari ac deducere. Atqui nec illud quidem praetermittendum in hoc loco duxerim, quod fingebantur animae mortalium ex hisce corporibus Deorum iussu solui, non autem sponte sua discedere. Hoc enim idcirco dictum fuit, quoniam cum praedia ac iumenta Dei simus, ut ita dicam, & verè diuina animalia, nata Dei iussu ad cultum religionis, ad perfruendum Dei liberalitate, ad cognoscendam Dei naturam diuinam, ad orbis totius ornamentum, ad bene agendum, ad felicitatem per virtutes post mortem nobis comparandam, non licet in mature nos ipsos interficere, quod Deo molestissimum est, sed expectare Dei voluntatem. Quis enim aequo animo ferret, si sua praedia arbores ac segetes, quas produxissent, deuastarent? aut quis non succenseret, si illa irata domino per se ipsaque fertilitatis, nihil producerent, aut seipsa destruerent? quis in ea, si posset, non acerbissimè animaduerteteret? Debent igitur animae mortalium tamdiu detineri in his corporibus, quibus fuerunt à Deo alligatae, quamdiu illi qui eas vinxit, ita detinere aut coercere placuerit, neque inde nisi iussu ipsius Dei soluendae sunt. ac de Iride satis, nunc dicatur de Alphæo.